

eorum ne uideant: et dorsum eorum semper incurua.

Effunde super eos iram tuam: et furore tue comprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorum non sit qui habitet. **Q**uoniam quem tu percussisti persecuti sunt: et super dolorem uulnorum meorum addiderunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: et non intrent in iusticiam tuam.

Deleantur de libro uiuentium: et cum iustis non scribantur.

Ego sum pauper et dolens: salus tua deus suscepit me.

Laudabo nomen dei cum cantico: et magnificabo eum in laude.

